



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tertia Seraphica Vinea, Sive Tertius Ordo De Poenitentia
à S.P.N. Francisco institutus**

Pauck, Engelbert

Coloniae, 1720

Licentia & Approbatio Ordinarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64103)

FF. Min. Strict. Obs. Prov. Sax. S. Crucis Lectore Emerito, Vocalique perpetuo, atque in Rom. Curia Nationis Germano-Belgicae Agente Generali concinnata, diligenter evolvimus, & expendimus; ita nimirum jubente R. d.issimo P. Josepho Garcia totius Seraphici Ordinis Vicario Generali. Nihil autem offendimus, quod à Catholicæ Fidei aberret Canone, nihil, quod bonos vel minimum lædat mores. Est potius, quod Sacram Auctoris eruditionem, quod solertem industriam, quod egregium salutis animarum Zelum commendemus. Ea quippe omnia in rem suam collimantia ex publicis documentis advocare studuit, quæ promovendæ Christi Fidelium pietati vim habere maximam videantur. Totum itaque opus publicâ dignum luce censemus, quodque in nobis est, exoptamus. Ex Conventu Ara-Cælitano. De Urbe 30. Junii 1717.

F. Antonius à Mazaria Lector Jubilatus
& S. Congreg. Indicis Consultor.

F. Matthæus à Pareta Lector Jubil. J.

Licentia & Approbatio Ordinarii.

CUM Tertia Seraphica Vinea à V. A. P. Engelberto Pauck Ordinis FF. Minorum Strict. Obs. Ss. Theol. Lectore Emerito, Nationis Germano-Belgicae Ex-Agente Generali, nunc Guardiano Warendorpiensi Romæ composita, & à primis ejusdem Ordinis Theologis, utpote in foro proprio & domestico versatoribus, in Urbe perlecta & approbata, nihil Fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus contrarium contineat; quin & tam privatæ quàm communi pietati, ob singularem Auctoris in colligendo Zelum apprimè utilis futura sit, ideoque publicam lucem aspicere mereatur, licentiam & facultatem concedimus. Die 12. Julii 1719.

(L. S.)

Franciscus Caspar Philippus d' Haxthausen
Vicarius Generalis in Spiritualibus.

††† 2

Privi-